

guitur ab esse rationis; ens autem reale in tali amplitudine sumptum, prout fecerunt ab ente rationis, non tantum comprehendit id, quod actu existit, sed etiam id, quod existeret, si potest, sicut actualis existentia non repugnat, utrumque enim ens rationis excludit a sua ratione formali; unde ens reale in tali acceptione opponitur contradictorie enti rationis, ut mea illa prima ratio urgebat, quia ens reale sic sumptum dicitur illud, quod extat, vel saltem extare non repugnat in reru natura nullo cogitante intellectu, ens autem rationis dicitur illud, quod nec extat, nec extare potest, nisi per solam intellectus cogitationem; ergo in suis rationibus formalibus invicem contradicunt, neque medium admittunt; parum ergo refert ad solutionem propostae quaestiones, quod esse possibile, vel diminutum creaturarum ab aeterno, sit quasi medium inter esse rationis, & esse simpliciter reale, seu actualis existentia; quia extremum adaequate oppositum enti rationis, non est ens reale actualiter existens, sed ens reale, sive actualiter existens, sive possibiliter solum; atque ideo cum ens reale in hoc tantum acceptione sit extremum oppositum enti rationis, esse possibile, vel diminutum creaturarum ab aeterno, nequit constitui medium inter ens reale, ut sic, & ens rationis, sed omnino constitui debet sub alio extremo, nempe sub ente reali. Ex quo constat, solutionem Poncij ad primam meam rationem non esse ad rem, dum distinguens minorem ait, ens reale simpliciter, hoc est, actualiter existens, & ens rationis non esse contradictoria, sed tantum accipiendi ens reale pro eo, cui non repugnat existentia; non inquam, est ad rem, quia argumentum urget de ente reali, ut extremum adaequate oppositum enti rationis, quod quidem modo contradictorie illi opponitur; tum quia, cum quaeritur, an esse diminutum creaturarum sit esse reale, vel rationis, non est quaestio de esse reali simpliciter, sed actualis existentia; nullus enim affirmat, creaturas tale esse ab aeterno habuisse, sed quaestio est de esse reali ut sic, ut esse commune statui essentiae, & existentiae, & ut adaequate opponitur enti rationis.

55 Nec minus satisfactio responsio ad secundam rationem, quia si ens prima sui divisione a quoque dividitur in ens in anima & ens extra animam, id est in intellectu, ut est ens rationis, vel extra intellectum, ut est ens reale; tunc quaestio de esse possibili, vel diminuto, quod creatura ponitur habere ab aeterno, an sit esse in intellectu, id est eis conveniens per opus intellectus, vel extra intellectum, id est eis conveniens praeter opus intellectus; & cum primum dici nequeat, quia nullo operante intellectu Antichristus esse possibilis, necessarium debet admitti secundum membrum, cum inter illa duo membra medium excogitari nequeat, nec per participationem extremorum, neque per abnegationem, ut est terminis constat; Ex dum inquit, nunquam dixisse, nec somniasse dari aliquid ens partim reale, partim rationis, ut ei mala sive ait a me impositum, dum dixi ponere illud esse diminutum creaturarum medium inter reale, & rationis per participationem extremorum, quasi admittat esse veluti compositum partim ex ente reali, partim ex ente rationis, quod nemo non videt penitus implicare; dico, neque me unquam somniasse tale delirium ei impingere, & ita dicendo se satis demonstrare non bene percipere quod inter sit inter medium per participationem extremorum, & per abnegationem eorumdem, siquidem ut notat Doctor 2. d. 15. q. un. B. ex Arist. 10. Met. 2. 3. medium per participationem extremorum, ut est rubrum ex albo, & nigro, non dicitur ex extremis componi, quasi res vera constet ex illis, sed ista compositio non est, nisi convenientia naturalis medi cum extremis, quae non est extrema ad extremum, non ita quod media qualitas habeat extrema ut partes sui, imo est ita simplex, sicut extremum; in hoc igitur solo sensu dixi ipsi admittere esse diminutum creaturarum medium per participationem inter ens reale, & rationis, non quod componatur ex utroque, sed quatenus habet quandam convenientiam, & proportionem cum utroque, ut seipsum explicat; & in hoc sensu ostendi non posse inter ens reale, & rationis sumendo ens reale ut esse membrum adaequate distinctum ab ente rationis, quia sic contradictorie opponitur, qua ratione etiam dixi illud esse diminutum creaturarum non posse inter illa, ut medium per abnegationem extremorum; unde parti refert, quod dari possit aliquid ens, quod non sit neque ens reale realiter existens, neque ens rationis, & quod tale sit Antichristus, & omnis creatura possibilis non realiter existens; quia cum quaeritur in praesenti, an esse possibile, vel diminutum, quod supponatur habere creaturam ab aeterno, sit reale, vel rationis, haec duo membra sumuntur, ut sunt adaequate opposita, & contradictoria, quo pacto nullum admittunt medium, & esse possibile creaturarum dici debet esse reale, & sub hoc extremo contineri, non autem esse medium inter ens reale, & rationis, sive per par-

ticipationem extremorum, sive per abnegationem. Denique quando etiam hic loquendi modus a Poncio usurpatus posset admitti in sensu ab eo explicato, quod non inficior, adhuc tamen ab eo nobis abstinendum est, nedum ab rationem salutatam, quia sic respondendo non fit factus illius quaestiones, sed eo praesertim, quia Scotista sic loquendo fontem praebent calumniam, quam Scotus impingunt Adversarii supradicti, quod posterior illud esse diminutum creaturarum ab aeterno velut quoddam medium inter ens reale, & ratione, quasi coincidens cum eum errore Uviclef. lib. de Ideis, ut arguebam loc. cit. in appendice n. 13.

Secundo ex eadem disp. 8. Met. n. 14. adducit, & solvit 56 nonnullas rationes, quibus impugnabam, quod ulterius ipse assererat loc. cit. illud esse creaturarum diminutum ab aeterno esse independens a Deo, quantum ad hoc quod non fiat, nec per intellectum, nec per voluntatem divinam, sed quod competat ipsis a seipsis formaliter sine cooperatione ullius causae efficientis; Primo quia sic possent gloriarī creaturam, quod haberent aliquid esse saltem diminutum a seipsis omnino independentem a Deo; Tum 2. quia de ratione creaturæ est, quod in quocunque suo esse, quod recedit a nihilo, sive sit esse diminutum, sive completum dependeat a Deo, nam totum esse ipsius est participatum; Tum 3. quia quod semel est imparticipatum semper deinceps est tale; ergo quando postea completur in tempore per existentiam, participatum esse non potest. Tum 4. quia hic dicendi modus est absurdior, quam Henrici, qui hic ponebat dependentiam esse reale, quod creaturis tribuebat, a Deo tanquam a causa exemplari, Poncius vero ponit esse diminutum earum omnino independentem a Deo. Ad 1. ait, non esse inconveniens, quod creaturæ possint gloriarī, hoc est, dicere, & agnoscere, quod ab ipsarummet natura intrinseca competat ipsis, quod non repugnet ipsis realiter existere, sicut non est inconveniens secundum Maltrius, quod possit gloriarī, quod ab ipsismet formaliter habeant, quod sint possibilis; Ad 2. primo ait, falsum in ea supponi, scilicet creaturam secundum esse diminutum recedere a nihilo, nam proprie loquendo quicquid non existit realiter, esse nihil, & sic creaturæ, quævis habeant esse diminutum, quia non existunt realiter, sunt nihil, & consequenter per esse diminutum non recedunt a nihilo. Deinde ait supponendo, quod creaturæ habentes esse diminutum non sine nihilo, adhuc male supponi, quod secundum illud esse recedat a nihilo, quia, quod recedit ab aliquo, supponitur fuisse in illo, aut cum illo, creaturæ vero nunquam fuerunt cum nihilo, quod opponitur esse diminuto; ergo per esse diminutum non bene dicuntur recedere a nihilo. Tandem ait, dando quod per esse diminutum habeant, & non esse nihil, & recedere a nihilo, quod opponitur illi esse diminuto, falsum esse, quod secundum illud esse dependeat a Deo, & id asserere est directe principium perere; & licet totum esse creaturæ sit participatum, id debet intelligi quantum ad hoc, quod est talis natura, ut non possit habere realem existentiam absque dependentia a Deo, tanquam a causa efficiendi. Ad 3. concedit, quod esse creaturarum in eo sensu, in quo est semel imparticipatum, sit semper tale, unde cum habeant creaturæ esse imparticipatum in hoc sensu, quod esse possibile ipsarum conveniat ipsis remotè, & fundamentaliter a seipsis sine eo, quod habeat illud esse a divino intellectu, aut voluntate, etiam quando producantur realiter in tempore, & participatum esse reale existentia a Deo, habent illud esse possibile a seipsis in eodem sensu imparticipatum, nec id impedit, quo minus habeant esse realem existentiam participatum a Deo. Ad 4. negat assumptum, quævis enim Henricus admittet dependentiam a Deo, tanquam a causa exemplari, tamè ponebat esse creaturarum esse reale simpliciter sine dependentia a causa efficiendi, quo nihil absurdum; ipse vero ponit tantum esse diminutum sine dependentia ab ullo efficiendi.

Tertio quævis huiusmodi evasions facile precludatur ex dictis disp. 8. cit. n. 15. adhuc tamen magis earum falsitas apparet recolendi est ex dictis ibidem n. 36. quod aliud est dicere, quod res habeant possibilitatem esse seipsis, & aliud, quod habeant a seipsis; primum est omnino verum, quia per id solum significatur, quod intrinsece ita se habeant, ut non involvant aliquam implicatiam, nec eis repugnet esse, quod verissimum est, & secundum est pro eis falsum, quia significat, quod illam intrinsecam possibilitatem habeant a seipsis, & non communicatam ab altero, sed independentem a quocunque extrinseco, quod sine falsitate asseri nequit; & ratio est, quam significat Doctor 1. d. 2. quest. 7. s. tenendo igitur, ubi ait, quod per particulam *ex se* explicatur habitudo causae formalis; & per particulam *a se*, vel *ab alio* denotatur habitudo causae efficientis; quare cum Poncius in omnibus solutionibus

bus dicit asserat creaturas ab aeterno habere esse possibile non tantum ex seipsis, ut loquitur Scotus, sed etiam a seipsis, innuit consequenter habere illud esse seipsis non tantum in genere causae formalis, sed etiam in genere causae efficientis, quod nullo profuso modo concedi potest. Primum igitur responso saltem profuso supponit, quod creaturæ a seipsis habeant formaliter, quod sint possibilis, & quod hoc etiam Maltrius concedat; in hoc enim loquendi formula est magna improprietas, nisi terminis abuti velimus more Ponciano, habent hoc equidem ex se ipsis, quod id eis convenit ex propria natura, & conditione innata, non tamen a seipsis, sed principiativè ab intellectu divino modo explicato disp. 8. cit. n. 36. neque ulla gloria, & extollentia creaturæ esse potest in hoc, quod ex seipsis habeat tale esse possibile in genere causae formalis, quia cum hoc sit, quod illud habeat dependenter a Deo in genere causae efficientis; possit tamen extolli, si illud ex se, & a se simul haberet, quia hoc tollerit ab ipsa omnem profusam dependentiam a Deo in tali esse in quocunque genere causae. Reiciitur etiam triplex illa responsio ad secundam, prima quidem, quia falsum est, quod proprie loquendo quicquid non existit realiter, sit nihil, & per consequens creaturæ per esse diminutum non recedat a nihilo, quævis enim possibilis, quod actu non est, possit dici non ens sumendo ens verba-liter, ut sensus sit, quod non est existens, sumendo tamen ens nominaliter, & essentialiter potest, ac debet dici ens, verè enim de homine etiam non existente enunciat, quod sit animal rationale, substantia ens, quod late probavi disp. 8. cit. n. 46. Alia solutio est cavillus in verbo recedendi, prout significat transitum a termino a quo ad terminum ad quem, quo pacto non sumitur in argumento, sed sumitur prout equivaleat verbo excludendi, vel distinguendi, quo sensu dicere solent homines per rationalitatem a brutis recedere, non quod aliquando fuerit sub irrationalitate, sed quatenus per rationalitatem ab homine formaliter excluditur irrationalitas, & per eam formaliter fecerunt a brutis; Tertia tandem est etiam omnino frivola, nam falsum est, me petere principium, dum dico creaturam secundum illud esse diminutum, si est reale a Deo dependente, hoc enim directè probatur, & evidenter per illam rationem, quia totum esse ipsius creaturæ est participatum, ut etiam respondens in hac tertia solutione concedit; ergo non tantum dependet a Deo secundum esse existentiam, ut ipse ait, sed etiam secundum esse essentia, quod consistit in illo esse diminuto, & possibile; consequentia probatur evidenter, nam qui totum dicit nihil excludit, sed totum esse creaturæ non est solum existentia actualis, sed etiam totalitatem spectat etiam ipsa essentia possibilis, quæ in tempore ponitur sub actuali existentia, ergo creatura dependet a Deo non tantum secundum esse ultimatum, & completum, quod est esse existentia, sed etiam secundum esse diminutum, quod est esse essentia possibilis ab aeterno.

58 Rursus in solutione ad tertium utitur perverbo illo modo loquendi, quod creaturæ habeant illud esse possibile, & diminutum a seipsis, quod etiam pessime dicit esse imparticipatum, catholice namque loquendo nullum esse reale admitti potest in creatura, quod dicatur imparticipatum, & a Deo independentem; neque ex hoc quod creaturæ habeant esse seipsis in genere causae formalis illud esse diminutum, & possibile, sequitur, quod illud etiam habeat a seipsis, hoc enim imponit habitudinem causae efficientis, & non formalis tantum; & tantò minus sequitur, quod tale esse creaturæ dici possit imparticipatum, quia cum independentia a Deo in genere formalis causae fiat dependentia in genere causae efficientis, quod sufficit, ut quodlibet esse creaturæ sive completum, sive diminutum dicatur participatum, & dependens a Deo; & planè id evidenter ostenditur per aliam rationem adductam disp. 8. cit. n. 36. quæ fortiter Poncius dissimulat, dicens non esse responsione dignam, ac proinde hic replicandam censui, ut constet, an eam praetermiserit, quia sit responsio indigna, vel potius quia respondere nesciverit; est autem hæc, quia si haberet creatura intrinsecam possibilitatem a seipsis, ergo a seipsis quoque possit habere actualitatem; cum ergo a se esse actualitatem habere nequeat, id quoque asserendum est suo modo de esse possibili; prima consequentia probatur, quia possibilis a se, & independentem excludit omnem causam efficientem, quæ ipsam promoveat ad actualitatem, ut terminus in Deo, quia enim eius possibilitas est independentem, & penitus imparticipata, ideo est a se, & non ab alio; planè hæc ratio non adeo frivola mihi videtur, ut sit proxiore responsio indigna, fundatior enim in hoc, quod existeret rei proportionatur essentia, & actualitas possibilitati; quod ergo a se esse possibile, & omnino independentem ab alio, poterit etiam sic patire a se existere, quia ut dixi particula *a se* excludit omnem depen-

dentiam in genere causae efficientis, & existentia proportionatur essentia, unde essentiam necessariam, ac independentem concomitatur existentia necessaria, ac independentem, ut constat de Deo, qui cum sit ens necessarium, & independentem quoad essentiam, ex hoc veluti a priori inferitur, quod sit ens quoque independentem quoad existentiam. Præterea solutio ad 4. in multis deficit, primo namque falsum est, Henricum tribuisse creaturis ab aeterno esse reale simpliciter, si per esse reale simpliciter intelligitur esse actualis existentia, ut intelligit Poncius in tota hac quaestione, sicut videri potest apud Doctorem 1. d. 36. q. un. & in hoc Poncius sibi manifestè contradicit, quoniam ab initio illius quaestiones ait, quod Henricus videtur asserere, quod habuerunt esse reale ab aeterno, non tamen existentia, sed essentia; & quod revera non videtur eum intellexisse per esse reale essentia aliud, quam quod communiter intelligunt alii auctores per illud esse, quod creaturis ab aeterno tribuitur; quomodo ergo nunc asseritvè ait, quod ponebat esse creaturarum esse reale simpliciter; tum quia ut arguit Doctor loc. cit. non potest dari dependentia a causa exemplari sola sine dependentia a causa efficiendi, quia ex 2. Phys. 49. causa exemplaris, seu idealis non est diversa a causa efficiendi, cum non sit nisi causa efficiens per intellectum; ergo si Henricus dependentiam admittet creaturarum in eo genere, etiam admittet in isto; tum tandem quia Poncius ipse immediatè antè in tertia solutione ad secundam meam rationem dicebat, quod ad hoc ut esse diminutum creaturarum diceretur participatum sufficiebat, quod haberet aliquam rationem idealem in Deo, quam aliquo modo participat, quatenus est aliquo modo similis illi.

Quarto disp. 8. met. cit. n. 15. adducebam doctrinam Poncij esse de ratione creaturæ duntaxat, quod sit ab alio quantum ad esse reale simpliciter, quod est esse realis existentia, non autem quantum ad esse possibile, & diminutum; & quod nulla est ratio, cur ad esse creaturæ requiratur major dependentia, quam talis, ratione cuius non possit habere esse reale simpliciter absque Deo. Quam doctrinam ibi rejecti, Primò, quia de ratione creaturæ est, quod a Deo dependeat quoad omne sum esse, quod habet extra Deum, & a Deo realiter distinctum sive essentia, sive existentia. Secundò, quia esse imparticipatum quoad essentiam reddidit eam quoque imparticipatam quoad existentiam. Tertio, quia existentia rei proportionatur essentia, ergo si essentia habet independentiam, etiam, & existentia. Quarto, quia creatura in tempore adhuc retinet, licet sub complemento, illud esse diminutum, quod ab aeterno habebat, sed in tempore quoad omne sum esse dependet a Deo, ergo etiam quoad illud esse diminutum, ut manet sub complemento, & sic etiam ab aeterno participatum erat. Quintò quia Deus non esset Deus, si haberet esse independentem quoad existentiam, & dependens quoad essentiam, quia ex ratione Deitatis perit, ut sit independentem in omni suo esse; ergo è contra creatura non erit creatura, si sit, solum dependens quoad esse existentia, non vero essentia, quia de eius ratione est, ut sit dependens in omni suo esse reale. Sextò tandem, quia hic dicendi modus proximus est errori Uviclef. tribuentis creaturis aliquod esse reale ab aeterno, imò in hoc excedit, quod hoc esse diminutum adscribit creaturis ab aeterno independentem prorsus a Deo, quod Uviclef. asserere non videtur. Quibus rationibus breviter occurrit Poncius in additione cit. Ad 1. ait, principium peti. Ad 2. nullam apparentiam habere quin illud, quod esset possibile tantum independentem ab alio principio, posse habere dependentiam in esse actuali, imò si non posset habere talem dependentiam, non esset possibile. Ad 3. distinguit consequens, si habeat independentiam quoad esse reale simpliciter, concedit; si quantum ad esse diminutum, & possibile, negat consequentiam. Ad 4. ait, rem productam retinere illud esse diminutum quantum ad omne positivum ipsis, non vero quatenus dicit negationem existentia, realis, & tunc distinguit subsumptum, quoad omne sum esse reale simpliciter, concedit; quoad omne esse diminutum negat; Ad 5. negat consequentiam, in cuius probatione rursus ait, peti principium; disparitatem assignat, quia non posset Deus habere dependentiam quoad essentiam, quin eam haberet quoad existentiam, nam tota dependentia, quam posset habere quoad essentiam esset in ordine ad existentiam, creatura vero bene potest habere independentiam quoad esse essentia, seu possibile, quævis haberet dependentiam, quoad esse reale existentia. Ad 6. negat assumptum; Uviclefus enim posuit esse reale simpliciter ab aeterno, & illud ipsum independentem a Deo, ipse vero non ponit, nisi esse diminutum, & possibile.

Cæterum quod breviores sunt istæ responsiones, ed facilius eliduntur; Et quidem in solutione ad primam gratis omnino



no assumit, quod petatur principium, etenim de ratione creaturæ esse, quod à Deo dependeat quoad omne suum esse, quod habet extra Deum, & à Deo realiter distinctum, ab omnibus conceditur, etiam ab ipso respondente in tertia solutione ad 2. meam rationem ex n. 14. desumptam, ubi concedit, quod totum esse creaturæ sit participatum, idque necessario concedere debet, alioquin periret essentialis dependentia, & omni-modi subordinatio creaturæ ad Deum; tunc quia in prædictis solutionibus concedit, creaturam in tempore productam retinere illud esse diminutum quantum ad omne positivum ipsius præter negationem existentie realis, quam acquirit in tempore, & concedit tale esse diminutum identificari cum esse reali simpliciter, quod acquirit in tempore; ergo si hoc est participatum, & à Deo essentialiter dependens, etiam & illud, nam implicat, aliqua duo esse inter se realiter identificata, quorum unum sit participatum, & dependens à Deo, aliud vero essentialiter participatum, ac independens, ut constat ex ipsis terminis. Quod habet in solutione ad secundam rem scilicet esse posse independentem quoad esse possibile ab alio principio, ac postea dependentem in esse actuali, esse omnino implicatiorum, quia tale esse possibile quoad omne positivum, quod importat, est identificatum cum esse actuali; ergo si hoc dependet, & est participatum, etiam & illud, ut mox dicebam; potest quidem esse res ex se possibilis, & ab alio existere, non tamen esse potest à se possibilis, & ab alio existere, quia cum talis habitudo pertineat ad genus causæ efficientis, & non formalis, ex hoc, quod aliquid sit possibile à se, infertur etiam, quod à se existat, ut constat de Deo. In solutione ad 3. malè negatur consequentia, nam ex proportione existentie cum essentia infertur, ut supra urgebam; quod essentiam necessariam, ac independentem concomitantur existentia necessaria, ac independens, ut constat in Deo, qui ex eo quod est independens quoad essentiam, est quoque independens quoad existentiam. In solutione ad 4. male tursus distinguitur subsumptum, tunc quia illud paulo supra concessit absolute; dum concessit, totum esse creaturæ esse participatum; quod planè negari non potest; tunc quia illud esse diminutum est identificatum realiter quantum ad omne positivum cum esse reali simpliciter, imò est ipsum esse simpliciter, quando est tractatum ad actum existentium; ergo si hoc est dependens, etiam & illud. In solutione ad 5. malè negatur consequentia, per se assignatur disparitas, nam independentia Dei quoad existentiam arguitur à priori ex independentia eius quoad essentiam, non è contra, ut docet Scot. quol. 1. quia enim est ens independens per essentiam, idè est etiam independens quoad existentiam; ergo pariter è converso dependentia unius ab alio quoad existentiam arguit dependentiam ejusdem ab alio quoad essentiam, & independentia quoad essentiam infert à priori independentiam quoad existentiam, quare gratis omnino assumit creaturam posse habere independentiam quoad esse essentia, & dependentiam quoad esse existentia, præsertim cum isthæc realiter identificentur. Demum quod attinet ad errorem Uviesli, plura referunt Vasquez p. 1. disp. 70. & alii ex Vvaldeni lib. 1. doct. fidei antiq. cap. 8. sed qui ei ad scribant, quod tribuere creaturis ab æterno in mente divina aliquid esse reale distinctum ab esse Dei, non expriment, quod illud posuerit à Deo independens, unde id quoque gratis asseritur à responsione.

60 Quinto eadem disp. 8. n. 14. & 15. dicebam id esse contra Scotum expressè, qui 1. d. 36. & 39. & 43. ex professo probat creaturas ab æterno habere illud esse formaliter ex seipsis, & principiative ab intellectu divino; & 1. d. 30. q. 2. lit. O. ait, illud esse diminutum esse suo modo participatum. Et quoniam respondebat Scotum ibi loqui de esse possibili proximo, non autem remoto, quia hoc proffus habent à seipsis, & independentem à Deo. Hoc dixi esse proffus voluntarie dictum, quia ut in ea q. 1. art. 3. latè explico, id præsertim asserit Doctor de esse possibili remoto, quod est esse possibile logicum, esse autem possibile proximum, quod dicitur possibile obiectivum nõ aspicitur Doctor ab intellectu divino, sed in ordine ad divinam voluntatem, si quidem ex ordine ad divinam omnipotentiam creaturæ habent, quod dicatur possibile obiectivè, & physicè, ut probaturum me dico in artic. 3. Respondet, me rursum petere principium, dum nego, Scot. loqui de esse possibile proximo, ac etiam falsum esse, quod esse possibile proximum secundum Doctorem non principiat ab intellectu, sed à voluntate divina; nam cum ad voluntatem, & omnipotentiam divinam spectet res producere, & hæc non possit res alias producere, quæ possibiles nec ipsas etiã posset, nisi cognoscere, quia nihil potest volutas, nisi cogniti, & eo ipso, quo cognoscuntur, statim voluntas possit velle eas producere, ac consequenter manifestu est, quod habent esse possibile proxi-

mè ab illa cognitione, & non ab omnipotentia, aut voluntate. Ad illud tandem, quod art. 1. d. 30. Doctorem vocare illud esse diminutum suo modo participatum, concedis, sed quid inde? numquid non potest esse (inquit) participatum suo modo, quatenus est aliquid, quod non potest poni à parte rei absque dependentia à Deo, & quatenus habet similitudinem aliquam cum aliqua perfectione divina ex sua ratione formati? Sed immerito proffus, me petere principium in ea objectione, nam quicquid in ea dico, latè probat art. illo tertio tñ rationibus, tum ex præfatis Scoti auctoritatibus, quas omnes respondens altè dissimulavit, vel lectori suadet, me petere principium; inquit, me petere principium, quia nego, Scotum loqui de esse possibili proximo, de quo ipse dixit fuisse locutum, cum agebat esse principiative ab intellectu divino; Sed quando ipse dixit, Scotum ibi locutum fuisse de esse possibili proximo, non autem de remoto, quia hoc proffus habent à seipsis independentem à Deo; numquid hoc ipse probavit? minime; eadem ergo auctoritate, qua ipse sic Scotum exposuit, nulla ratione adhibita, vel locis Scoti adductis, eadem potui, & ego hoc totum negare absque petitione principii, etiam si rationes, & loca Scoti ad hoc non protulisset illo art. 3. quibus expressè ostendit, Scotum ibi esse locutum de esse possibili remoto, seu logico, non autem de proximo, quod obiectivum appellat; & hoc præsertim ex eo colligitur, quod ait, tale esse possibile convenire rebus ex seipsis formaliter, & principiative ab intellectu divino, sed quando etiam hoc secundum verificaretur de esse possibili proximo, ut Poncius contendit, primum tamen omnino verificari non potest, quod scilicet res habeant tale esse possibile proximum ex seipsis, hoc enim secundum omnes convenit eis ab extrinseco, unde & dici solet possibilis ab extrinseco, hoc est ab extrinseco desumpta; ergo manifestè falsa est hoc solo puncto deprehenditur Poncia-næ expositio; sed præterea falsum est, talem proximam possibilitatem, & extrinsecam principiative sumi ab intellectu divino, nam attenditur præcisè in ordine ad divinam voluntatem, ut latè probat art. illo tertio, & hæc est communis omnium sententia, qui explicare solent possibilitatem rerum per denominationem possibilis à divina omnipotentia sumptam, quæ eo ipso, quod aliquem effectum producere potest, illum possibilem denominat, unde c consequenter dicunt, quod implicante divina omnipotentia nihil effectus amplius possibilis diceretur proximè, seu physicè, & obiectivè, licet adhuc ejus actus efficaci non supponatur, sed ab illo accipiunt esse; neque valet paritas de rebus existentibus, & possibilibus ad divinum intellectum comparatis, quia cum res existentes offeruntur divino intellectui cognoscibiles scientia visionis, supponuntur hoc esse habuisse ab actu voluntatis, at res possibilis cum eidem offeruntur cognoscibiles scientia simplicis intelligentie, necessario recipere debent hoc esse ab intellectu ipso, cum illud à seipsis habere non possint in genere causæ efficientis, sed tantum formalis. Ad 3. item negat paritas, quia ut dixi disp. 2. n. 102. non eodem modo attributa, & personaliter dicuntur objecta secundaria divini intellectus, sicuti dicuntur creaturæ, quando quidem creaturæ ante divinam cognitionem nullà præintelliguntur habere esse formale, nec in seipsis, nec in divina essentia, sed virtuale tantum, quatenus per ipsamur quasi motivum obiectum, novit divinus intellectus eis non repugnare esse extrinsecas, hoc est, quod dici solet, quod non prius habent esse cognitum, quam cognoscibile in divina mente, & hinc est, quod peculiari ratione habeant creaturæ rationem objecti secundarii magis, quam habeant relationes & attributa; unde adhuc verum manet, quod si creaturæ essent prius intelligibiles, quam intellectæ, non haberent rationem objecti omnino secundarii, sicut habere ponuntur in divina mente. Denique hoc argumentum totum non habet locum contra aliam responsonem, quam ex Lich. attuli loc. cit. & dissimulavit Poncius.

61 Sexto eadem disp. 8. nu. 39. ejus fundamenta dissolvo, quibus probabat, creaturas habere esse possibile logicum, vel remotum præcisè à seipsis, & omnino independentem à Deo, nec principiative ab intellectu divino; Primum erat, quod obiectum scientie speculative non fit per eam, sed ei supponitur, creaturæ verò secundum esse possibile sunt obiectum scientie speculative divinæ; ergo non sunt per ipsam. Cui respondeo, majorem esse veram de objecto primario, non de secundario, quales sunt creaturæ apud divinum intellectum, nam secundarium non præsupponitur divinæ cognitioni, sed per ipsam recipit esse, unde ait Doctor 2. d. 1. q. 1. creaturas in divina mente non prius esse intelligibiles, quam intellectas; cum non sint prius in memoria, quam in intelligentia; quod autem divina cognitio sit speculativa nõ efficit, quin sit productiva creaturæ in esse cognito, sed tantum quod nequeat dicte voluntati divinæ res extrinsecas per modum regulæ, ut Scot. 1. d. 38. ad 1. hanc solutionem in præfata additione impugnat Poncius, quia proffus est eadem ratio de objecto primario, & secundario quantum ad hoc, nam eo ipso, quod scientia aliqua est speculativa alicuius obiecti, nõ debet illud obiectum facere. Tunc quia non idèò distinguuntur obiectum primarium, & secundarium divini intellectus, quia illud supponatur, & hoc fiat per actum ejus, nam res existentes sunt obiectum secundarium divini intellectus, & tamen non recipiunt esse existentia ab illo: ergo etiam creaturæ possibiles adhuc esse possunt obiectum secundarium divini intellectus, etiam si esse tale ab eo non recipiant; Tunc quia etiam divina attributa dicuntur obiectum secundarium divini intellectus, & tamen esse suum à divina scientia non recipiunt; ergo quamvis creaturæ essent ex se intelligibiles, modò non possunt intelligi, nisi prius intelligatur essentia divina, adhuc es-

sent

sent objecta secundaria; Demum ad Scoti auctoritatem, inquit eum loqui de intelligibilitate, quam habent ex eo, quod habent esse in memoria, non verò de intelligibilitate, quam habent ex se; voluit ergo tantum, quod creaturæ non debeant esse in memoria divina per speciem aliquam sui, antequam intelligantur, quod nihil facit ad rem. Respondet, hæc dicitur multa falsa continere, & omnino contraria intentioni Doctoris 2. d. 1. quæst. 1. ubi §. ad solutionem questionis essentialiam divinam cõstituit obiectum primariu divini intellectus, quia prius naturaliter est ei presens in ratione actu intelligibilis; & secundarium obiectum ait non esse ex se obiectum illius potentie, sed fieri per actu illius potentie in tali esse; ex quo concludit, solam essentiam esse obiectu primarium divini intellectus, creaturas verò esse obiecta secundaria & producta aliquo modo in tali esse obiecti per actum divini intellectus; & paulo infra §. quantu ad hoc inquit in secundo instanti nature comparati divinum intellectum ad obiectum secundarium, eo quia in illo instanti obiectum illud non est ex se actu intelligibile, sed fit actu intelligibile per intellectum, idèò non habet esse in memoria divina, ut memoria est, sed producit actu intelligibile in tali esse obiecti, sicut in nobis intentiones secundæ producantur per intellectum, & non sunt in memoria, ut memoria est; Ex quibus factis constat, quia in aliena sit à mente Doctoris Poncia-næ expositio, dum ait, eum loqui de intelligibilitate, quam habent ex eo, quod essent in memoria non verò de intelligibilitate, quam habent ex se; & quia hæc creaturæ non habent actu divini intellectus, idèò alicui non pertinet ad memoriam, sed ad intelligentiam divinam; Neque instantè adductu sunt alicuius momenti, prima quidem nititur falsè intelligenti nature cognitionis prædicæ, & speculative, falsum quidem est, qualemque ordinem ad opus scientiam extrahere à ratione scientie speculative, & ita in simplicis, sed nuda contemplatione sui obiecti sistere debet, ut nequaquam illud efficere possit, ut declaravi quædam. Logic. art. 5. nu. 57. & plane actus, quibus fiunt secundæ intentiones Logicæ, sunt speculativi, nec habent veram rationem prædicæ, ut ibi explicatum est; Ad 2. probat illa instantia, obiectum primarium, & secundarium non per illud præcisè distingui, non tamen quod per illud etiam non distinguantur; nam & res existentes hoc ipso capite dicuntur etiam obiectum secundarium divinæ voluntati, quia ejus actus efficaci non supponatur, sed ab illo accipiunt esse; neque valet paritas de rebus existentibus, & possibilibus ad divinum intellectum comparatis, quia cum res existentes offeruntur divino intellectui cognoscibiles scientia visionis, supponuntur hoc esse habuisse ab actu voluntatis, at res possibilis cum eidem offeruntur cognoscibiles scientia simplicis intelligentie, necessario recipere debent hoc esse ab intellectu ipso, cum illud à seipsis habere non possint in genere causæ efficientis, sed tantum formalis. Ad 3. item negat paritas, quia ut dixi disp. 2. n. 102. non eodem modo attributa, & personaliter dicuntur objecta secundaria divini intellectus, sicuti dicuntur creaturæ, quando quidem creaturæ ante divinam cognitionem nullà præintelliguntur habere esse formale, nec in seipsis, nec in divina essentia, sed virtuale tantum, quatenus per ipsamur quasi motivum obiectum, novit divinus intellectus eis non repugnare esse extrinsecas, hoc est, quod dici solet, quod non prius habent esse cognitum, quam cognoscibile in divina mente, & hinc est, quod peculiari ratione habeant creaturæ rationem objecti secundarii magis, quam habeant relationes & attributa; unde adhuc verum manet, quod si creaturæ essent prius intelligibiles, quam intellectæ, non haberent rationem objecti omnino secundarii, sicut habere ponuntur in divina mente. Denique hoc argumentum totum non habet locum contra aliam responsonem, quam ex Lich. attuli loc. cit. & dissimulavit Poncius.

62 Septimo aliud fundamentum Poncii erat, quod in eo prioru, quo scientia Dei terminatur ad obiectum primariu, creaturæ habent esse possibile; ergo non habent esse possibile ab intellectu divino. Respondi, creaturæ ante actum divini intellectus nullum esse formale propriu habere in Deo, nec cognitum nec possibile, nec intelligibile, sed hæc habere duntaxat virtualiter, & radicaliter in divina essentia ob ejus virtutem, & eminentiam continentiam omnium reru, quod entitatis, & intelligibilitatis. Sed hoc impugnat Poncius, quia nisi ex se formaliter non repugnarent pro illo priori, profectò non continerentur virtualiter, aut radicaliter in essentia divina, nec possent postea intelligi per modum possibilium. Negatur consequentia, quia ut ibi dicebam, esse rei virtuale, & radicale in causâ, non est esse formale, & ullo modo proprium ejus, cujus dicitur esse, sed est esse præcisè ipsius causæ ef-

fectum producere valentis; unde ex hoc, quod creaturæ antè quemcunque actum divini intellectus dicantur virtualiter in divina essentia, non sequitur, quod in eo priori habeant esse possibile formaliter, quod sit eis proprium, & distinctum ab esse causæ, sed tantum virtualiter, sicut nullum omnino idè pro illo priori intelliguntur habere præter esse ipsius causæ. Tertium fundamentum erat, quia si per impossibile Deus non cognosceret creaturas, & tamen posset eas, tanquam agens naturale producere in tempore, haberent esse possibile ab æterno; & quod non possint sic produci, non oritur ex natura ipsorum, sed ex modo agendi, & perfectione Dei. Respondi, dato illo impossibili hoc etiam aliud sequi, quod in eo casu creaturæ haberent esse possibile obiectivum, sed non logicum, quia talis possibilitas licet in genere formalis causæ, ex natura rerum ipsarum desumatur, tamen in genere efficientis causæ est ab intellectu divino. Contra instat Poncius, quia in hac responsonem petitur principium, quod enim controvertitur, est, esse possibile logicum habeatur ab intellectu; deinde certè tunc non haberent repugnantiam, & nihil absurdius videri potest, quam quod idèò non repugnet, quia intelliguntur. Sed nego principium peti, quia hujus rationem jam supra reddideram à n. 36. & nego, quod in eo casu haberent repugnantiam non habent, quia ex illa hypotesi impossibili haberent possibilitatem obiectivam sine logica, non enim per locum intrinsecum ex ablatione possibilis logicæ tollitur obiectiva, sed tantum per locum extrinsecum, ut in ea responsonem declaravi n. 43. & tandem nego, absurdum esse dicere, quod idè creaturæ non repugnet, quia à divino intellectu non repugnare intelliguntur, ita ut ly idè dicat casualiter efficientem, non verò formalem; imò hoc est omnino necessarium, quia potentia logica ex Scoto 1. d. 7. K est modus quidam compositionis factæ ab intellectu judicante, prædicatum in aliqua propositione convenire subiecto, & nullam esse repugnantiam inter ea ex suis rationibus formalibus subortam, quare possibilitas logica in rebus consurgit ex rationibus earum formalibus interveniente judicio intellectus, & unum absque alio non sufficit.

63 Octavo ulterius arguebat, quod esse, quod creaturæ haberent pro illo priori, quo scientia divina terminatur ad obiectum primarium, esset distincta rationis ab esse Chimæ; hoc autem esse nequit, nisi ipsa logica possibilis; quæ eis conveniret independenter ab operatione divini intellectus. Respondi negado, tunc creaturas habere in esse distinctæ rationis ab esse Chimæ, quia pro illo priori non habent aliud esse, quam esse suæ causæ, unde nonnisi virtualiter possunt dici distinctæ à Chimæ, inquantum continentur in virtute suæ causæ eas producere valentis, non ita Chimæ. Contra instat Poncius, quia nisi ipse essent ex se possibile potius, quam Chimæ, profectò neque haberent esse in causa potius, quam Chimæ haberent. Respondet gratis concedendo, quod si ex seipsis in genere causæ formalis possibilitatem, seu non repugnantiam logicam non haberent, utique non continerentur virtualiter in causa potius, quam Chimæ; sed nego, quod talem possibilitatem habent formaliter, & in se ipsis priusquam intelligantur ab intellectu divino, à quo illam habent principiative, quare antequam tali actu attingantur, sicut nullum proffus esse formale habent in seipsis etiam diminutum, sed tantum virtuale in causâ, ita antè illum nõ nisi virtualiter dici possunt possibile ex seipsis, quod de Chimæ dici non potest. Præterea urgebat Poncius; quod nisi creaturæ haberent esse aliquid ex seipsis independentem ab intellectu divino, non esset ratio, quæ homo esset possibilis potius, quam Chimæ, quia utrumque intelligit Deus per modum obiecti secundarii. Respondi ibidem ex dictis num. 37. argumentum probare duntaxat, quod res non accipiunt possibilitatem suam logicam præcisè, & radicaliter ab intellectu divino quia tunc etiam Chimæ possibilis esset, cum Deus æquè possibilis, ac impossibilis cognoscat. Contra instat Poncius, quæro, à quo habeat principiative creaturæ, quod dicat non repugnantiam; si dicas, quod ab intellectu, qui similiter Chimæ non haberet non repugnantiam, si dicas, quod ex ipsammet natura sua intrinseca; ergo habetur intentum; Et sane ex terminis (inquit) apparet ridiculu, quod homo habeat etiam principiative esse possibile remotum, seu entitatem, in quo est non repugnantia ex eo, quod intelligatur à Deo, quid enim facit ad hoc intellectus? Respondet, eam possibilitatem, vel non repugnantiam habere partim ex seipsis, & partim ab intellectu divino, ex seipsis quidem in genere causæ formalis, ab intellectu verò divino principiative, ac in genere causæ efficientis, ne ipsi concedatur ali-quod esse reale, etiam diminutum à Deo proffus independens, ac imparticipatum, neq; hoc ex terminis apparet ridiculum; sed



sed omnino necessarium, ac evidenter deducum ex essentiali dependentia creaturarum a Deo in quocunque suo esse reali quantumvis minutum; & cum potentia logica sit quidam modus compositionis facte ab intellectu inter terminos invicem non repugnantes ex suis rationibus formalibus, non est impertinens intellectus ad hanc potentiam constitutendam in rebus.

64 Postremo arguebat, quod creatura non possit habere esse creaturæ ex eo, quod intelligatur a Deo, quia aliis Filius Dei esset creatura, quia intelligitur ab intellectu divino, & habet esse ab illo. Respondi negando consequentiam, quia Filius Dei accipit per intellectum divinum esse omnino necessarium, creatura verò recipit à divino intellectu esse possibile cum contingentia, hoc est, indifferens ad existere, & non existere. Contrà instat Poncius, si non idem est creatura, quia producit ab intellectu, aut voluntate, sed quia ab illis recipit esse cum contingentia, quæro unde habet homo v. g. quod recipiat esse contingens ab intellectu divino, potius quam Deus, nisi quia ex se habet tale esse, etiam si non principietur, neque intelligeretur ab intellectu, unde si Deus esset talis nature, ut non posset intelligere creaturam, nisi in tempore, profecto non minus verum esset, quod ab æterno creatura non repugnaret; ergo non ab intellectu divino habet principiativè, quod non repugnet. Respondeo gratis concedendo, hominem habere ex se, & ex sua ratione formali, quod recipiat esse contingens ab intellectu potius, quam Deus, nego tamen, quod talis possibilitas formaliter confurgeret in ipso, nisi concurreret divinus intellectus iudicans non repugnantiam terminorum; unde si Deus esset talis nature, ut non posset intelligere creaturam, nisi in tempore, falsum est, quod ab æterno verum esset dicere, quod creatura non repugnaret, quia ab æterno nullus esset intellectus hanc componens propositionem, mundus, vel homo poterit esse; quare cum potentia Logica sit quidam modus compositionis facte ab intellectu ex Scoto loc. cit. ab intellectu divino principiativè habent creaturæ, quod sint possibile, & in genere efficientis cause, licet id habeant formaliter ex seipsis, ac in genere cause formalis; & plane stante explicatione potentie Logice, quam dedimus disp. cit. n. 33. talis possibilitas nequit creaturis convenire, nisi principiativè ab intellectu divino.

ARTICULUS PRIMUS.

Objectiones solute.

65 In oppositum multa obijciunt Thomistæ ad probandum, creaturis cognitis rationem ideæ convenire non posse; & primò quidem ex SS. Patribus, qui ponunt Ideas formaliter in Deo, non autem extrà Deum, sicut sunt creaturæ etiam cognitæ, easque appellant divinas, æternas, incommutabiles, substantificas rationes, hoc est, Deo constitutales, quæ predicata, & alia huiusmodi creaturis omnino repugnant, & soli divinz essentia conveniunt, ita Aug. Ambros. Cyrillus, Iustinus Martyr, & alii Patres loquuntur. Deinde valde utrague argumentum deducum ex necessaria reali distinctione inter ideam, & ideatum, quæ realis distinctio evidenter deducitur ex numeribus quæ habet Idea in mente artificis, neque excecari possunt absque reali distinctione ab ideato, idea namque est causa exemplaris ideati, est mensura illius, nihil autem potest causare, & mensurare seipsum; ideatum è contrà debet imitari ideam, debet ei assimilari; ad idem nequit imitari seipsum, & sibi ipsi assimilari, nam similitudo est inter realiter distincta; cum ergo res præconcepit, ut factibiles in mente artificis sint ipsemet, quæ faciende sunt, & omnino eadem in individuo, ut Scotus ipse docet 2. d. 16. qua. A. & dist. 12. qu. 1. ex Aristot. 8. & 9. Metaph. sequitur, etiam sub esse objectivo conceptas non posse exercere minus ideæ respectu sui ipsarum, dum in esse reali extrà producuntur; ita retivè urgent Suarez, Vasquez, Nazarius, & Lezana citati.

Resp. his, & similibus PP. auctoritatibus satis dictum fuisse disp. 7. Phys. q. 7. solum enim negarunt ideas aliquas æternas extrà Deum existentes in esse reali actuali, quales Platonem posuisse dixit Aristot. & talis evidenter est sensus Aug. alioquin deberet dici Deum absolute mundum non novisse possibilem, antequam illum produceret, quia absolute negat, Deum extrà se aliquid intravitum esse non dicendo, an ut ideam, vel alio modo; Vel solum negare voluit Aug. ideas esse objecta motiva, ac immediate terminativa diving cognitionis, cum omnia immediate cognoscat in sua essentia tanquam in objecto motivo, ac immediate terminativo, ut

dixi n. 49. Et cum vocant ideas divinas, æternas, substantificas, &c. non loquuntur de ipsis in se consideratis, sed ut sunt in mente divina, & divinz intelligentiæ substant, nam sic participant esse diving cognitionis, & predicata illi convenientia, ut docet Doctor 4. d. 1. qua. 1. Q. ex dictis num. 60. in fine; Ad argumentum etiam deducum ex distinctione reali inter ideam, & ideatum sufficienter dictum est disp. 7. cit. nu. 151. falsum namque est, inter ideatum, & ideam debere necessariò intercedere realem distinctionem, cum causalitas exemplaris, ut ab efficienti distinguitur, non sit verè, & propriè Physica, sed Moralis, & præsertim hoc in Deo asserendum est, quia sicut Idea in ipso non sunt practica, sed merè speculative; ita quoque verè propriam causalitatem non exercent in ideata ad extrà factibilia, sed tantum merè speculative illa repræsentant intellectui divino, quod sufficit, ut Deus dicatur ad extrà rationabiliter agens; & res à Deo præcognita, quæ est idea ipsi realiter ad extrà producendæ, accepta reduplicative, ut præcognita, & in solo tali possibilitatis considerata, tale divinum habet à seipsa spectata, ut realiter, ad extrà producta, quale sufficit inter ideam, & ideatum, sicut dictum est n. 61. quæ fasolus loc. cit. est sit contrarie opinionis, fateatur tamen eam rationem parvi esse momenti, & nullum esse inconveniens, quod aliquid in esse objectivo sit idea ipsi ipsius in esse reali.

66 Secundo arguit Molina disp. 2. contrà Scotum, quia prius est, creaturas posse fieri à divina omnipotentia, quam ipse in se sint entia, & consequenter prius quam sint cognoscibiles in se; nam ex eo, quod res possint esse, arguitur à priori, ergo sunt entia; ergo prius esse posse à Deo fieri, quam esse in sentia; ergo antequam Deus illas in se cognoscat, jam Deus habet ideam, in qua quasi videt, quomodo possit creaturas producere, scilicet essentiam.

Resp. negando assumptum cum sua probatione, nam res ab æterno sunt entia nominaliter, inquantum sunt possible, nam definitio entis nominaliter sumpti est, quod potest esse, per hoc enim fecerunt à chimeris, & fignentis, quibus repugnat esse, definitio autem non potest esse prior suo definito, sed formaliter est simul cum ipso; deinde est etiam manifesta repugnantia in consequente, quod Deus nempe prius cognoscat, se posse creaturas producere, quam illas noscat, cum ille ipse actus, quod hoc novit, tangat creaturam, ut terminum eius potentie, & consequenter eam noscat, cum nequeat relatio, vel relativum cognosci sine notitia termini, quare bene dixit Arriaga cit. in hoc argumento involvi terminos repugnantes.

Verum Fasolus cit. æstimans hanc rationem satis efficacem alio modo eam ex Arrubal sic efformat, creaturæ aut quid contradi distinctione à Deo, quæmvīs consideretur, ut habens esse objectivum in mente Dei, est effectus diving causalitatis, cum à Deo dependeat, & sit ens limitatum, ac participatum, & quedam veluti imitatio, ac particula divinz nature; ergo præsupponit ex parte Dei omnes causas necessarias ad eius productionem, inquit quæ est causa exemplaris, à qua exemplariter dependet, quicquid est distinctum à Deo; sed creaturæ, etiam secundum quod est terminus divinz cognitionis, est ens distinctum à Deo, ergo pedes à divino exemplari; ergo non est idea Dei, sed præsupponit illam in ipso met Deo. Confitemur hoc Fasolus apertè dicit in huius veritatis, ex hoc enim, quod divina essentia est objectum primarium divini intellectus, sequitur, ut cum Deo per intellectum concurrat ad formationem creaturæ, prius respicere debeat ad essentiam, in qua objectivè visâ videt creaturam in ea eminentè contentas, & quam quilibet creatura essentialiter imitatur, & participat, & non ad ipsas creaturas; ergo non creaturæ consideratæ in seipsis, sed consideratæ in essentia divina eminentè dicende sunt habere in Deo formalem rationem ideæ in effectione creaturæ.

67 Respondeo, hoc argumentum sic efformatum esse diversè à ratione Molina, & coincidere cum argumento Zamel mox referendo; porò ejusdemque sit, nihil possum concludi, & necessariò falsa supponit, & assumit; vel enim supponit, quod productio creaturæ ab æterno in esse cognito sit formatio creaturæ realis, & in aliquo esse reali à Deo actualiter distinctio, ut in antecedenti supponere videtur, & hoc quidem est omnino falsum, nam ab æterno creatura in nullo esse tali fuit producta, sed ad summum ipsi meditari potest aliqua productio secundum quid, ut docuit Doctor p. d. 36. contrà Henricum disputans, etenim si loquamur de esse possibili creaturæ, non potest huius assignari aliqua causalitatem, & propriè dicta, cum ea possibilitas nullam actualitatem impotere; sed tantum assignari potest causa pro ratione, & quæcumque sit illud esse possibile, dici potest depen-

dependens, non quidem dependentia vera, & reali, sicut non est verè, & realiter ab æterno causatum, sed dependentia quadam secundum quid, quatenus licet res habeant possibilitatem ex seipsis, seu ex propriis rationibus formalibus, non tamen à seipsis, sed principiativè ab intellectu divino. ut ex professo explicui disp. 8. Met. q. 1. difficultate secunda, art. 3. si verò sermo sit de esse cognito, quod acquiritur, ut substantiæ divinz cognitioni, tantò minus hæc est productio realis, quia tale esse cognitum non est nisi, esse denominationis extrinsecæ in ipsas creaturas possibile derivate, prout substantiæ divinz intelligentiæ; ut dictum est n. 52. quod si concedit arguens nullam dari realem creaturæ productionem ab æterno in esse simpliciter reali, sed tantum productionem quandam secundum quid in esse possibili, & cognito modo explicato, tunc aliud falsum supponit, quod ad huiusmodi productionem secundum quid, & in esse objectivo sit necessaria idea, & quod creaturas producat in tali esse mediantibus ideis, hoc enim prorsus falsum est, cum idea prærequiritur tantum ad productionem creaturæ extrà in esse realis, & actualis existentie, ut satis constat ex definitione ideæ, quod est ratio, secundum quam aliquid est formabile ad extrà. Ad Conf. pariter dicendum, formationem creaturæ per intellectum divinum ab æterno non esse veram, & realem formationem in aliquo esse actuali realis essentia, vel existentia, ac quam in agente præsupponatur idea, sed est productio secundum quid in esse cognito; & antequam creaturas producat in tali esse cognito, gratis concedo, debere prius divinz essentiam respicere, ita quam objectum primarium, & motivum ad creaturæ cognitionem, sed nego, essentiam hæc esse cognito necessaria; & quando Scotus dicit, creaturas objective existentes in mente divina esse ideas, non est sollicitus, ac creaturæ cognoscantur in seipsis immediate, an in essentia sola, sed ait, quomodocumque cognoscantur illas esse ideas.

68 Tertio arguit Zamel disp. 2. cit. concl. 3. multipliciter contrà Scotum, Deus secundum ipsum produxit creaturas in illo esse dimiuto intelligibili, aut ergo produxit illas mediantibus ideis, vel sine illis, quia nihil est, quod se producat Deus sine ideis, & sicut illas ab æterno in tali esse produxisset sine ideis, ita posset illas producere in esse reali simpliciter, si primum, cum illæ ideæ non sint creaturæ in esse cognito, sequitur, quod sunt ipsa divina essentia. Tum 2. quia hinc sequetur, Deum in sua operatione dependere à creaturis cognitis, tanquam à causa exemplari, ac consequenter creaturas fuisse coadjutores ipsius Dei in creatione universi; probatur sequela, nam quilibet artifex per se, & necessariò pendet in sua operatione ab idea rei artificiate. Tum 3. idea est forma realis in Deo, sed creaturæ secundum illud esse objectivum, & cognitum non sunt aliquid reale, sed rationis, ergo, &c. alia argumenta congerit hic Auctor jam supra soluta, vel in falsa suppositione fundata, quod Deus secundum Scotum produxerit creaturas ab æterno in quodam esse reali actuali, dimiuto tamen, & medio inter esse reale, & rationis, quod falsum esse constat ex n. 63.

Resp. ad hoc argumentum satis constare ex solutione præcedentis, & posse etiam faciliter in Thomistas retorqueri asserentes divinz essentiam esse creaturæ ideam, non absolute inspectam, sed sub diversis respectibus imitabilitatis, qui non sunt reales, quia Dei ad creaturam nulla datur relatio realis, sed rationis illi affixa per divinum intellectum, de quibus quæri potest, an eos produxerit per ideas, nec ne. Ad secundum negatur sequela, quia ut constat ex dictis num. 51. ideæ divinz non sunt practica, sed merè speculative; tum quia etiam si divina essentia poneretur idea, ad huc dici non posset, Deum ab ea dependere in sua actione, quia dependentia ex sua ratione formaliter imperfectiorem, & indigentiam dicit, unde quævis dicant Theologi, Filium in divinis à Patre produci, nequaquam tamen dicunt, ab ipso dependere in tali productione; Potest etiam retorqueri argumentum, quia five creaturæ cognitæ ponantur ideæ, five non, certum est, Deum non posse creaturas ad extrà producere, nisi fuerint cognitæ, & tam necessariò creaturæ cognitionem præexigunt in Deo ad eam productionem, quam ideatum intuitivem ergo argumentum adhuc eorugiet, licet negent, creaturas cognitæ esse ideas, sicut nos, qui eas ponimus ideas; sicut ergo ex hoc, quod Deus nequeat creaturas extrà producere, nisi prius eas ab æterno intelligat, non sequitur aliqua dependentia divinz omnipotentie à creaturis cognitis, sed tantum subordinatio quadam divinz voluntatis, quæ est omnipotentia ad divinum intellectum, quatenus voluntas non fertur in incognitum, ita etiam dicendum est in casu nostro, etiam si creaturæ cognitæ ponantur ideæ, quia merè speculative ostendunt operabilia divinz voluntati, & non practica. Ad 3. concessa majori, distinguitur minor, si per esse cognitum, & objectivum intelligatur præcisè esse detelictum per modum extrinsecæ denominationis à divino intellectu in re cognita per actum sciendi, concedo minore, & concedo, creaturam per esse cognitum in hoc sensu non constitui in ratione ideæ, cum hoc interveniat tantum, sicut conditio, sine qua non, quatenus idea debet esse directè inspecta ab artifice, ut minus ideæ exercere possit; si autem per esse cognitum intelligatur esse possibile creaturæ, quatenus substantiæ diving cognitionis, quo pacto esse cognitum sumitur intransitive, & explicatur per resolutionem participii præteriti temporis, id est, esse, quod à Deo cognoscitur, ita negatur minor, quod esse cognitum non sit quid reale, nam est esse possibile creaturæ, ut terminat divinz cognitionem, quod quidem esse, licet non sit reale verbaliter, vel adverbialiter, est tamen ens reale nominaliter, ut sæpè dictum est; itaque secundum hoc esse sunt ideæ reales in Deo. Dices secundum illud esse reale, quod eis non repugnat creaturæ potius dicuntur ideæ, quam ideæ. Negatur assumptum, etenim creaturæ dicuntur ideæ, quatenus sunt formaliter in seipsis extrà realiter productæ, non verò quatenus secundum esse reale eis non repugnans substantiæ divinz intelligentiæ.

Quarto arguit Bassolius, quod ratio ideæ primò, & principialiter conveniat essentia divinz, illi convenit primò, & principialiter esse ideam, cui primò, & principialiter convenit definitio ideæ; sed hæc est essentia divinz, est enim exemplaris forma, ad cuius similitudinem fita Deo, ut ad agente per intellectum, quicquid fit ab ipso in esse reali; ergo &c. Tum 2. illi primò, & principialiter convenit esse ideam, ad quod primò, & principialiter respicit agens per intellectum in operando aliquid reales; sed hæc est divinz essentia in primo agens, ergo &c. Tum tertio illud primò, & principialiter est idea, quod est primò, & principialiter participatum ab ideata creatura posita in effectum; sed hoc est divinz essentia, non autem aliquid aliud; ergo &c. Tum tandem illud est primò, & principialiter idea, quod est ratio cognoscendi ideatum, & hoc in ratione objecti primò, cogniet ab operante ideatum, & hoc consequens prima ratio operandi, & producendi, quæ ad ista ponuntur necessaria; sed hoc est divinz essentia, ergo &c.

69 Resp. negando minorem cum sua probatione, ut enim constat ex dictis nu. 49. creatura non continetur in divinz essentia ut in causa exemplari, sed ut in causa efficiente, quæ solum eminenti virtute continet creaturas, non formaliter ullo modo, ac de ratione ideæ est, quod sit forma agentis intrinsecæ per modum exemplaris, atque eodè ut formaliter contineat rem exemplatam per convenientiam, & formalem similitudinem, sicut imago continet imaginatum, si non in esse reali, quo pacto statua Cæsaris dicitur Cæsarem continere, saltem in esse intentionali, & objectivo. Ad 2. vera est major de respicientia per modum exemplaris, quo sensu negatur minor, licet enim divinus intellectus essentiam respiciat primò, & paliter per modum objecti primarij, in qua creatura continetur virtualiter quoad omnem ejus entitatem, ac intelligibilitatem, nihilominus per modum exemplaris primò, & principialiter respicit creaturam sibi secundariò objectam, in quo cernit eam formaliter, & objective delineatam quoad omnes gradus entitatis, cum quibus formabilis est ad extrà. Ad 3. si per participare intelligas partem capere, sic ideatum non dicitur participare ideam, quia non in parte, sed in toto debet ideatum ideæ assimilari; si verò per participare intelligas idem quod communicate, i. in omnibus convenire cum ideâ, in hoc sensu verum esse ideatum debere ideam participare, quatenus ideatum debet in omnibus quoad fieri potest ideam suam imitari, & in esse reali exprimere totum id, quod in ea objectivè, & intentionaliter continebatur, sicut imago impressa à sigillo totum in se exprimit, quod est in eo; in hoc autem sensu negatur minor, quod ideata creatura primò, & principialiter divinz essentiam participat sic enim primò, & principialiter in esse reali extrà seipsum in esse objectivo in mente artificis, quatenus totum esse, quod habet creatura ad extrà producta, correspondet illi esse, quod habet objectivum in intellectu divino; essentiam verò divinz participat solum primò sensu, quatenus in parte solum communicat cum ea, eo quia cum ea convenit solum in prædicatis communibus, & transcendentibus; & hoc modo explicandus est Aug. cit. 46. cum vocat ideas rationes æternas, quarum participatio fit, ut sit quicquid est; quam auctoritatem exaggerat Fasolus, quia creaturæ non sunt participaciones ipsarum met creaturarum, sed divinz essentia.

Ad ultimum negatur major, quia ut docet Scotus p. d. 35. 70 K. ideæ in Deo sunt rationes cognoscendi, non quidem motive, &



tive, & principiative, cum ratio sic cognoscendi sit essentia, ut probat argumentum, sed tantum terminative, & secundario; sunt etiam rationes causandi, non effectivæ, ut divina essentia, sed exemplariter tantum, & quidem in divino artifice non causant practico modo regulando, & dirigendo actionem ejus, cum talibus regulis non egeat, neque divinus intellectus, qui suapte natura est prima regula omnium necessariorum ex p. dist. 36. A. neque divina voluntas, quæ est prima regula contingentium ex p. d. 39. unde restat, quod solum speculativo modo fungantur ideæ in Deo munere suo representando formaliter per modum exemplaris operabilia ad extrâ intellectui divino, absque ullo dictamine de sic, vel sic operando, ut ait Doctor p. dist. 38. in fine; hæc de sententia Basolii, quam fateor aliqua probabilitate non carere, quia est contentat, rationem ideæ primò, & principaliter divine essentia convenire, concedit etiam secundariò, & principaliter creaturis cognitis quoque convenire, unde non omnino recedit à Scoti sententia, sicut Smilinch. contendens, rationem ideæ soli essentia convenire, pro quo nullam rationem adducit.

Quintò arguit Posnaniensis disp. 3. cit. ex Scoto 4. d. 1. q. 1. Q. cognitionem divinam, ut est similitudo intentionalis, & expressa creature, habere rationem ideæ ad mentem Doctoris, nam ibi explicans, quomodo domus extrâ fiat à domo intrâ, inquit, hoc verum esse, quatenus à cognitione domus in mente sit, tanquam à principio formali. Tùm 2. objectum cognitum, ut cognitum habet illud esse, quod habet ipsa cognitio; ergo objectum cognitum nil aliud est, quàm ipsa cognitio, prout terminatur ad objectum, atque adeò ipsa cognitio est idea. Tùm 3. domus in intellectu artificis dicitur habere illud esse, quod formaliter habet ipsa cognitio domus, ergo lapis in mente divina habet illud esse, quod formaliter habet cognitio divina, ergo idea lapidis nihil aliud erit, quàm cognitio divina terminata ad lapidem. Tùm 4. idea est forma existens in mente artificis, sed in Deo nulla alia forma potest poni præter cognitionem divinam, quatenus terminatur ad lapidem, vel ad hominem, ergo &c. Tùm tandem, quia ex Aug. cit. alia ratione conditus est homo, quàm equus, id est alia idea; hoc autem Deo convenire nequit ratione essentia, quæ unica est, nec ratione diversorum respectuum imitabilitatis, ut probatum est; ergo ratio divina cognitionis, quæ quatenus terminatur ad hominem, erit idea hominis, & quatenus ad leonem, idea leonis.

71 Resp. hæc argumenta probate solum, quod diximus supra, posse nimirum rationem ideæ secundariò applicari etiam conceptui formali, quatenus quicquid objective invenitur in objecto cognito, hoc totum etiam in ipsa cognitione realiter invenitur, cuius esse participat extrinsecè, & objective objectum ipsum, ut cognitionem terminat; sed quamvis idea in mente artificis dicat realiter, & participative esse ipsius cognitionis, formaliter tamen dicit aliud esse secundum quid, & diminutum, quod artifice sibi per cognitionem proponit imitandum, & ad quod aspiciens operatur, hinc ad r. dico utiq; domum extrâ fieri directivè à cognitione domus intrâ, tanquam à principio formali, non tamen primò, & principaliter, sed secundariò tantum, & concomitante, quatenus quicquid objective invenitur formaliter in objecto cognito, hoc totum in ipsa cognitione realiter invenitur; quod enim cognitio v. g. lapidis sit similitudo intentionalis, & expressa ejus, quod sensu dici potest idea formali ejus, habet dependenter à lapide, & quatenus ad lapidem terminatur, quia actus specificatur per objecta ex 2. de anima; cum igitur pateat primò convenire objecto cognito, quòd dicatur idea objectiva, & dependenter ab eo deinceps conveniat cognitioni, quòd dicatur idea formali, consequens est, ut ratio ideæ primò, & principaliter conveniat conceptui objectivo, quàm formali. Ad 2. antecedens verum est participative, extrinsecè, & objective, falsum autem formale, & intrinsecè loquendo, ex quo sequitur, cognitionem esse ideam formalem secundariò tantum, & concomitante, non autem per se, & primariò, talis enim est idea objectiva, quæ est ipsum objectum cognitum secundum suum esse formale, & secundum quid considerata tum. Ad 3. distinctio eodem modo antecedente, & primo consequente, distinguitur ultimum consequens ideam lapidis nil aliud esse, quàm cognitionem ad ipsum terminatà quoad esse reale, & simpliciter, quod importat in mente artificis, non autem quoad esse proprium, & formale secundum quid. Ad 4. idea dicitur forma in mente artificis, non quia sit forma informans, vel quia informans ejus intellectum; sed quia est quoddam exemplar, & imago effectus producendi existens objective in anima, quam artifice inspicendo operatur, quod cognitioni directè non convenit, sed tantum ob-

jecto cognito. Ad ultimum ratione conceptus formalis nequeunt in Deo multiplicari ideæ, cum unica, & simplicissima sit omnium cognitio, quantum est ex parte actus, unde cum non diversificetur intrinsecè, sed tantum extrinsecè ex parte objecti, quatenus scilicet ad hoc, vel illud objectum terminatur, dicendum potius est, diversitatem idearum in Deo salvari per diversitatem objectorum cognitorum, adeo ut diversa sit hominis idea ab idea Leonis, quia alius est conceptus objectivus hominis, & alius Leonis.

Postremo aliis quoque rationibus probant Suarez loc. cit. & alii Auctores primæ opinionis, rationem ideæ conceptui formali duntaxat convenire tam in artifice creato, quàm in increato, quibus jam satisfactum est disp. 7. Physic. q. 7. art. 1. num. 149. ad quem locum me remitto pro completa noticia illius materie de Ideis.

QUESTIO TERTIA.

De futuris absolutis.

An Deus cognoscat futura contingentia absoluta, & quo medio.

72 Pro explicatione tituli questionis notandum est, illud dici futurum, quod habebit esse in aliqua temporis differentia sicut præteritum dicitur illud, quod aliquando habuit esse, & præsens, quod actu habet esse; potè duplex est futurum contingens, alterum à casu, & est illud, quod potest esse, & non esse in ordine ad causas naturales, quæ licet naturaliter operentur, impedibiliter tamen operantur, eò quod ab aliis causis naturalibus impediri possunt, cuiusmodi est pluvia futura, germinare frumentum &c. alterum à proposito, quod ab agente, quatenus libero proficitur; & hoc rursus est duplex, aliud, quod immediate à prima causa dependet, ut mundi creatio, aliud à causa secunda libera, ut Petrum futurum, vel non dispartire; Questio præsens non est de futuris contingentibus primi generis, nam effectus illi sunt absoluti, & simpliciter necessarii, ac certò in suis causis cognoscibiles, in quibus determinatum esse habent, nam licet illi sint contingentes respectu unius cause, quæ ab aliis impediri potest, ne suum effectum producat, ad quam est ab intrinsecò determinata; tamen si talis causa habuerit omnia ad agendum requisita, nec obliterint impedimenta, necessario, & naturaliter agit sic, quòd non potest non agere, & effectum suum suspendere, & idè talis effectus est simpliciter, & absolute necessarius, atque adeò certò, & infallibiliter cognoscibilis à Deo ex dispositione talis cause necessariò, & naturaliter agentis. Neque etiam questio est de effectibus liberis primi generis, scilicet à immediatè à prima causa pendentibus, licet enim tales effectus sint verè, & proprie futuri contingentes, scire potest illi Deus in determinatione suæ voluntatis, à qua immediate dependet; quare restat sola difficultas de effectibus liberis, seu futuris contingentibus, quæ pendet à causa secunda libera in operando; Hoc autem futurum contingens rursus est duplex, aliud absolutum, & aliud conditionatum; absolutum illud est, quod re vera, & absolute futurum est independenter ab ulla conditione, ut v. g. crastina mea lectio; conditionatum verò est illud, quod re vera non erit, esset tamen, si aliqua conditio poneretur ad ejus existentiam necessariam, ut quòd Petrus sit lectioem auditurus, si venerit ad scholam, de utroque futuro est difficultas; in præsentia questione agimus de futuris absolutis, in sequenti verò etiam de conditionatis agemus.

Rursus cum hic querimus pro quod medium cognoscat Deus futura contingentia, non queritur propter quam ex parte potentie cognoscens, seu divini intellectus, nam certum est apud omnes hanc esse infinitam ejus perfectionem in intelligendo omne verum, sed quæritur ratio propter quam ex parte objecti, neque hæc etiam queritur ex parte objecti primarii, quæ est divina essentia, nam talis quoque ratio indubiè est ejus infinita perfectio in representando omne representabile, sed queritur ex parte objecti secundarii, ut sensus questionis sit, quæ sit ratio, ob quam futurum contingens, antequàm actu, & de præsentia sit determinatum ad esse, sit representabile determinatè, atque idè sit modò representatum in essentia divina, & ab intellectu divino de factò præscitum ob infinitatem essentia in representando, & divini intellectus in cognoscendo.

Quoad primam questionis partem, an scilicet Deus cognoscat futura contingentia absoluta, jam cum omnibus Theologis, ac etiam verè Philosophis affirmativè respondimus

73 mus disp. 10. Log. q. 2. art. 5. ubi ostendimus propositiones de futuro contingenti absoluto, habere determinatam veritatem, ratione cuius ad secundarium divini intellectus objectum spectare possunt, atque idè passim in Scripturnis, & SS. Patribus habemus Deum certò, ac infallibiliter futura contingentia cognoscere, ut Iсай 41. Ecclesiastici 23, & 29. unde D. Aug. acriter reprehendit 5. de Civ. cap. 9. Ciceronem lib. de Divinatione negantem Deo futurorum futuorum eo quod cum libertate humani arbitrii eam minimè coherere posse exillimaverit, dicens, quod dum Cicero voluit homines facere liberos, fecit facit leges; legatur idem Aug. 13. de Trin. cap. 7. & seq. lib. 5. de Genesi ad litteram cap. 15. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 5. Anselmus de præsentia, & prædest. cap. 1. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 31. & 33. & alii passim. De modo igitur seu medio, quo hæc futura cognoscantur, sola restat difficultas hæc discutienda, de qua variè sentiunt Scholastici, & quidem Nominales autumant tale medium à nobis viatoribus assignari non posse, atque adeò pro statu isto non esse à nobis demonstrabile ratione naturali Deum habere certam, & evidentem futurorum præscientiam sed tantum esse fide creditum, pro quo citatur Ocham 1. d. 38. q. un. lit. N. Gabr. ibidem q. un. art. 1. Greg. q. 2. art. c. 2. Marfil. 1. q. 40. Sed planè Greg. loc. cit. efficacissimis rationibus probat propositiones de futuro contingenti absoluto esse vel determinative veras, vel determinative falsas, unde consequenter, & necessario deducitur esse debere Deo certò, & infallibiliter notas, unde fortè Nominales, cum dixerunt talem præscientiam non esse naturalem demonstrationem, locuti sunt de demonstratione à priori, sed noluerunt negare rationem à posteriori; sed quidquid sit de Nominalium opinione, certum est alios Doctores niti ad hanc rem naturalem ratione explicandam, investigando medium, per quod Deus certò cognoscat futura contingentia, de quo variè sunt dicendi modi sequentibus articulis discutendi. Ratione vero dubitandi est quia futura libera, antequàm actu, nullum habent esse, neque in se cum nondum existant, neque in causis, cum in his non magis habeant esse, quàm non esse, quod autem nullo modo est, certò sciri non potest, cum fundamentum omnis scibilitatis sit esse.

ARTICULUS PRIMUS.

Tres modi, quibus ponitur Deus futura præscire, reselluntur.

73 Primus modus Thomistis Recentioribus post Cajetanum, valde familiaris est futura contingentia à Deo præsciri per præsentiam telem, quam habent in æternitate, quæ est mensura divine scientie, nam hæc præsentia telem futurorum admittit facillimè intelligitur, quomodo, scientia divina feratur in id, quod sibi præsens est, cum etiam intellectus noster nihil facilius assequatur, quàm quod est sibi intuitivè præsens. Cæterum hæc contentitia futurorū præsentia, seu coexistentia cum æternitate disp. præced. q. 6. ex insinuo explosa est, & ibidem nu. 339. probatum est, quòd etiam data hæc reum præsentia in æternitate, adhuc Deo nequit esse ratio futura cognoscendi, quòd etiam probat Doctor p. d. 30. q. un. s. contra istud quia futurum contingens non tantum habet Deo cognitum secundum esse præsens, quod supponitur habere in æternitate, sed etiam est ab eo præscitum secundum esse futurum, quòd est habitum in tempore; at illa præsentia in æternitate non est sufficiens, ut cognoscatur à Deo futuritio in tempore; ergo illa futuritio per aliud medium præsciti debet, quàm per præsentiam rei in æternitate, & hoc ipsum medium sufficit ad futurorum præsentiam, absque recurfu ad eorumdem præsentiam cum æternitate incapabilem, & proficis inutilem; major patet, probatur minor, quia præsentia, ut præsentem, tantum potest ad cognoscendam rem, tanquam sicut nec præteritum, non autem ad cognoscendam ejus futuritionem, præsentia v. g. Petri, quem modò habeo in prospectu, cognoscere non possum, an Petrus antè hoc tempus extiterit, & an post tempus sit etiam permanentus; ergo præsentia rei præcise sumpta non est sufficiens, ut cognoscatur ejusdem rei existentia pro tempore futuro, sicut neque pro præterito, sed ad aliud medium necessario recurri debet; est quòd in præsentia inquirimus; rationes Thomistarum cum hoc modo dicendi soluta sunt loco cit. ubi de hoc agitur ex professo.

74 Secundus modus est, futura contingentia posse à Deo videri in dispositione cause proximæ, id est liberi arbitrii creati, à quo cum his, vel illis circumstantiis constituto, & non impedito infallibile est effectum contingentem proditurum; ita

Bannez p. 1. q. 14. art. 13. ubi ait, quòd etiam si Deus non cognosceret futura contingentia, tanquam præsentia in æternitate, adhuc ea cognosceret in suis causis proximis sic dispositis, Alvarez lib. 2. de auxiliis disp. 12. Cabrera to. 1. in 3. p. q. 1. art. 3. disp. 1. Gonzalez p. 1. disp. 44. Nazarius ibid. contro. 2. Ripa dub. 1. cap. 4. Molin. p. 1. q. 14. art. 13. d. 14. Argent. p. d. 39. & 40. Durand. p. d. 38. q. 3. & alii Thomistæ passim citantur pro hac sententia; opposita est communis extrâ scholam D. Thom. ita Faber p. dist. 54. cap. 1. Vulpes tom. 2. p. 1. disp. 30. art. 6. Smilinch. tractat. 3. disp. q. 4. nu. 76. Fafol. p. 1. q. 14. art. 13. dub. 9. Arriaga disp. 20. sec. 3. nu. 28. Averfa q. 14. sect. 17. Amic. disp. 12. sect. 6. Suarez lib. 1. opusc. & alii passim.

Fundamentum hujus posterioris sententiæ verioris sumitur ex indeterminatione cause secundæ liberæ, quia causa libera quantumcumque in actu primo completa, & ad operandum proximè disposita semper est indifferens; & cum dominio in oppositam partem; ergo implicat in ea quantumcumque disposita cognosci effectum futurum infallibiliter, itaut tali cognitioni nequeat subesse falsum; probatur antecedens, nam quovisque voluntas non se liberè determinat per actum, semper indifferens manet ad utramque contradictionis partem cum in tali indifferencia ejus libertas consistat. Conf. quia quæro, quid Thomistæ intelligant per illam proximam dispositionem cause proximæ, in qua dicunt Deum certò, ac infallibiliter futura cognoscere contingentia, vel enim per hanc intelligunt aliquam extrinsecam voluntatis inclinationem, qua potius in unam partem propendat, quàm in aliam, & hoc non, quia ex sua intrinseca natura ad utramque futuri contingentis partem est æquè indifferens; vel intelligunt dispositionem aliquam accidentalem, & de hac quaeritur, an ab ipsa causa proxima proveniat, vel ab extrinsecò; si ab ipsa, vel provenit liberè, vel necessario, non secundum, quia tunc non, esset effectus liber, sed necessarius, nam posita tali dispositione non posset non sequi effectus, & sic in ea nõ prævidetur effectus, tanquam contingenter futurus, sed necessario; si primum, redit questio, in quo Deus præsciat, causam ita liberè se disposituram; si verò provenit ab extrinsecò, recurrit idem argumentum, aut enim est in potestate cause proximæ talem dispositionem extrinsecam recipere, vel non; si non, ergo effectus ex tali dispositione proveniens, non erit liber, sed necessarius, cum non sit in ejus dominio talem dispositionem abicere; si primum, jam assignanda est ulterior ratio, in qua Deus præsciat, causam proximam fore infallibiliter talem dispositionem recepturam, & si dicatur talem dispositionem in alia præsciri dispositione, dabitur processus in infinitum.

Respondent Bannez, Zumel, & cæteri Thomistæ voluntatè proximè dispositi, ac determinati à iudicio practico intellectus de prosecutione objecti, & omnibus iis, quæ possunt hic, & nunc voluntatem creatam ad actum inclinare, quo iudicio posito infallibiliter inclinabit in actum; insuper dicunt proximè determinari, aut potius prædeterminari ex antecedente Dei motione, quia posita non est amp liss in ejus potestate facere oppositum, sed infallibiliter operabitur; dicunt tamen adhuc manere liberam, quia est in sensu composito id est instante tali motione non possit oppositum facere, potest tamen in sensu diviso, hoc est, præscindendo à tali motione. Sed voluntatem non determinari ab ultimo iudicio practico intellectus jam ostendi disp. 7. de anima q. 3. art. 3. & non prædeterminari ad agendum, à prima causa per præviam, motionem physicam ad producendos actus ordinis naturalis (ut nunc ab operibus gratiæ abstractam) est communissima opinio extrâ scholam D. Tho. asserens, id concedi non posse absque prejudicio libertatis create; si enim aliquod præviam ad actum ita eam determinaret ad unum, ut proximè, & expedire non posset in oppositum etiam in sensu composito, id est cum tali prævia motione, jam impeditur libertas usus, licet enim per sensum divivum salvetur libertas remota, non tamen proxima, quæ consistit in hoc, ut postis omnibus necessariò prærequisitis ad agendum, possit voluntas proximè, & in sensu composito agere, & non agere; unde talem physicam prædeterminationem Scotus non solum in causis liberis, ut libertati præjudicialiter inficiatur, sed etiam in causis ipsius naturalibus censet omnino superfluum, ut habet in 4. d. 1. quest. 1. in fine, & dist. 12. quest. 3. lit. A. & dist. 13. quest. 1. C. C. & 4. dist. 43. quest. 3. & alibi frequenter, cum autem inquit, causam secundam non agere, nisi motà à prima p. dist. 2. quest. 2. s. ostensio de proprietatibus, & d. 8. quest. 5. & d. 39. arguens contra secundam opinionem, & d. 12. quest. 3. sub F. & 4. d. 44. quest. 4. d. planè non loquitur de motione prævia, atque ad actum primum pertinente, sed tantum de concomitanti, & spectante ad actum secundum, ut salvetur ordo essentialis cause secundæ ad primam in causando